



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

104 Conservatores, quando eligi poßint à regularibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Ecclesiarum Prælatos, & rectores auctoritate Apostolica in conservatores eligere, & deputare, qui quandiu officium conservatoris exercent, à nemine possunt impediri, quo minus exequantur contra inobedientes sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas promulgando, eod. fol. vers. nec non personas, & licet regulariter conservatores impedimento esse non possint, quo minus coràm Episcopo, sive alio superiore ordinario in criminalibus, sive mistis causis quis possit accusari, & conveniri, nec in civilibus
 102 causis actor aliquem apud suos † conservatores, iudices in iudicium trahere possit, litterarumque conservatoriarum beneficio ultra quinquennium nemo gaudere, nec conservatores Tribunal erectum habere valeant. concil. Trident. cap. 5. de reform. sess. 14. nec in causis, quæ iudiciale indaginem exigunt, procedere possint, cap. 1. in fin. & cap. fin. de off. deleg. in 6. & ibi Innoc. d. cap. 1. num. 4. in hoc tamen religio Hierosolymitana,
 103 † & Universitates studiorum, & collegiorum à concil. declarantur exemptæ, etiam quòd causæ graves sint, & plenariam cognitionem requirant, sed, quoad Universitates, profunt tantum doctoribus, & scholaribus in eisdem universitatibus operam suam navantibus, congreg. conc. in declarat. super eo. cap. 5. de reform. in decis. sub tit. Lovanien. & Mediolanen.
 104 † ac Oscen. omnibusque regularibus fuit concessum ut in civitatibus Italiæ sibi conservatores eligerent, coràm quibus convenirentur, semelque electos non mutarent, ac eorum nomina intra mensem Episcopis locorum indicarent, 105 alioquin coram ipsis Ordinariis conve-

niri possunt, ut per congreg. ibid. super eo. cap. 5. in declarat., quæ incipit Sanctissimus.

Conservatore autem semel electo, illis non licet ab eo recedere, & ad alium conservatorem pro illius causæ expeditione confugere: ut ibidem super eod. cap. 5. §. quod Regulares, & alia regularia loca sub dispositione ejusdem decreti concilii non comprehenduntur, ut in eod. Decret. in fin. Et propterea juxta suorum privilegiorum dispositionem conservatores procedere possunt, præsertim contra eos, qui eorum privilegia infringere prætentant, gloss. in d. cap. 1. ibi Innoc. num. 1. de off. delegati. Idem contra exercentes in ipsos, & eorum bona, jurisdictionem, visitationem, correctionem, aut passagium, aretagia, gabellas, dacia, tractas, collectas, decimas, census, novalia, subsidia, etiam charitativa, congruas portiones, jucundum adventum, pastor bonus, aut alia onera, etiam jura synodalia, & Seminarii puerorum, ac pro reparatione pontium, fontium, furnorum, millorum, aut alia onera imposita, & imponenda ab ipsis, seu eorum colonis, laboratoribus, & personis ejusdem Religionis exigere prætententes, qui omnes sunt exempti, ut in prædicta Bulla Pij IV. pag. 668. vers. nec non à solutione, & pag. 672. post med. vers. nec omnino, ac Pij V. constitut. 76. pag. 1038. Greg. XIII. motu proprio cap. 62. vers. nec non felicis. pag. 1287. concil. Trid. cap. 18. de reform. sess. 23. conservatores præfati procedere, & Religionem, ac alios prædictos tueri, & defendere tenentur.

Limitatur tamen † in Episcoporum visitatione, in his dumtaxat, quæ anima-

rum